

rint, posse succedere, nulla dubitatio est. — P. P. 10 kal. april. TIBERIANO et DIONE CONSS. 291.

2. Idem, AA. et CC. Rhensæ.

In successione filii, vel filiarum communis, sine liberis et fratribus et sororibus morientis, pater⁵ manumissor, quia ei sit vetus jus servatum, matri præfertur. — S. 6 id. dec. CC. CONSS. 293.

3. Imp. CONSTANTIUS A. Catulino proconsuli Africæ.

Matres, quæ puberes amiserunt filios, licet impuberibus [eis] tutores⁵ non petierunt, præscriptione [tamen] non petiti tutores ad excludendam eorum successione minime debere præscribi, certum est. — Dat. 6 kal. August. CONSTANTIO A. 7 et CONSTATE CONSS. 384.

4. Impp. GRATIAN., VALENT. et THEOD. AAA. Eutropio P. P.

Si qua mulier nequaquam religionem priori viro, ex quo filios, seu filias non habet, nuptiarum festinatione⁶ præstitit, ex jure quidem notissimo infamis⁷ fit, nisi hujusmodi maculam imperiale beneficium ei remittat: sin autem ei filii erunt, seu filiarum, et impetraverit indulgentiam, infamiam abolitionem permittimus, et cæterarum penarum antiquationem, si facultatem omnium, quæ fuerant tempore nuptiarum, mediæ tatem filio, vel filiarum, filiis, seu filiabus donarit, quos habebat ex viro priore susceptos, pure scilicet et omni donationis solemnitate completa, nec retento quidem usufructu. Quem quidem semissem si duobus filiis, seu filiabus, pluribusve donaverit, et sorte fatali unus, vel una, seu alius, vel alia ex iisdem intestatus, vel intestata obierit: semper ad superstitēs fratres⁸, vel sorores volumus pertinere. Sin autem universi, vel universæ intestati diem obierint, duræ⁹ fortunæ ad matrem solatia ex integro revertantur: ita scilicet ut hunc semissem, quem filii, vel filiabus donaverit: intestato diem obeuntibus, rursus ipsa separatim ab ultimi filii, vel filiarum hereditate præsumat. — P. P. 15 kal. Januar. GRATIANO 5 et THEODOSIO AA. CONSS. 380.

5. Impp. THEOD. et VALENT. AA. Senatui urbis Romæ.

Mater, quæ defuncto filio, filiarum sine liberis, ex testamento, vel ab intestato succedit, si matrimonium secundum post mortem filii, vel filiarum non contraxerit, omnia filii [seu filiarum] morte delata, vel derelicta pleno jure acquirat. Sin vero alterius mariti conjugium elegerit¹⁰, extrinsecus quidem quaesita filio, filiarum, simili firmitate possideat: rerum vero paternarum defuncti solo usufructu humanitatis contemplatione potitur, proprietatem [et sororibus, et] fratribus transmissura defuncti. — Dat. 7 id. novemb. Ravennæ, THEODOSIO 12 et VALENTIANO 2 AA. CONSS. 426.

6. Idem, AA. Florentino P. P.

Omnem [matri] sive ab intestato, sive jure substitutionis, si filius impubes moritur, denegandam¹¹ vel omnem successionem¹¹, si ea legitima liberorum tutela suscepta, ad secundas contra sacramentum præstitum adspiravit nuptias, antequam ei tutorem alium fecerit ordinari, eique, quod debetur ex ratione tutelæ gestæ, persolverit. — Dat. 7 id. Jul. Constantinopoli, THEODOSIO A. 16 et FESTO CONSS. 439.

7. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

Si quis, vel si qua, matre superstitē, et fratre vel legitimo, vel sola cognationis iura habente, intestatus, vel intestata decesserit: non excludi a filii successione matrem, sed¹² una cum fratre mortui, vel mortuæ, si superstes vel filius, vel privignus ipsius sit, ad eam pervenire, ad similitudinem sororum mortui, vel mortuæ; ita tamen, ut si quidem solæ sorores agnatæ, vel cognatæ, et mater defuncti, vel defunctæ supersint: pro veterum legum tenore dimidiam quidem mater, alteram vero dimidiam [partem] omnes sorores habeant. Sin vero matre superstitē et fratre, vel fratribus solis, vel etiam cum sororibus intestatus quis, vel intestata moriatur, in capita distribuatur ejus hereditas: nec liceat matri occasione sororum mortui, vel mortuæ ampliore partem sibi vindicare, quam rata portio capitum exigit: patruo scilicet mortui, vel mortuæ: et ejus filio, vel nepote nullum jus ad ejus hereditatem [matre [ejus] herede existente] habentibus: nec ex veteribus legibus, vel constitutionibus partem matris minui. — § 1. Sin autem defuncta persona non solum matrem, et fratres, et sorores superstitēs habeat, sed etiam patrem¹³: si quidem sui juris decessit, quia patris persona interveniens matris jura superare videtur: omnibus pio animo providentes, sancimus fratres quidem, et sorores mortuæ personæ ad successionem proprietatis solos

4. L. 2, § 15, D. § 5, Inst. h. t. L. 10, D. de suis et legit. hered. — confer L. ult. § 1, infr. h. t. — § 1. 6, infr. eod.; L. 2, sup. si advers. delict. — 6. L. 1, sup. de secund. nupt. — 7. L. 15, sup. ex quib. caus. infam.; N. 29, c. 22. — 8. § 3, vers. frater, Inst. h. t. — confer L. 7, infr. eod. — 9. For. L. 7, in fin. D. si tabulae testam. nullæ extob. — 10. N. 2, c. 3; N. 25, c. 45. — 11. L. 3, sup. h. t. L. 10, infr. de legit. hered.; N. 22, c. 40; add. L. 6, infr. in quib. caus. pign. tacite contr. — 12. Arog. L. 4, vers. quem quidem, sup.; § 3, vers. fra-

pro virili¹⁴ portione vocari: patri autem, et matri usufructum totius successione pro besse competere, æqua lance inter¹⁵ patrem et matrem dividendum, reliqua parte usufructus apud fratres et sorores remanente. Sin vero defuncta persona in sacris patris constituta decesserit: pater quidem usufructum quem et vivente filio habebat, teneat, donec vivat, incorruptum: mater autem, quia [hunc] usufructum habere vivente patre non potest, totum apud patrem constitutum: una cum fratribus defunctæ personæ ad proprietatem vocetur, scilicet cum sororibus sola in dimidia¹⁶, cum fratribus, vel promiscui generis secundum prædictam distributionem in virilem portionem: omnibus videlicet, quæ de mulieribus ad secundas nuptias migrantibus sancita sunt, in suo statu durantibus. — Dat. kal. Jun. Constantinop. DN. JUSTINIANO A. P. P. CONSS. 528.

In AUTHENT. de nupt., § Quoniam mater, col. 4, tit. 1, Novell. 23, cap. 47.

Et cum solis fratribus, et cum solis sororibus, et cum permixtis vocantur matres in virilem portionem.

In AUTHENT. ut cum de appellat. cogn., § Sancimus itaque, § Si vero contigerit, col. 8, tit. 16, al. 12, Novell. 113, cap. 4.

In testamento quoque non licet liberis parentes excludere, nisi justa causa exheredationis inferatur, quæ septenario numero nova constitutione distribuitur: atquin rescinditur testamentum circa institutiones: nam in cæteris perseverat.

In AUTHENT. de hered. ab intestat., venient, § consequens et § sequenti, col. 9, tit. 1, Novell. 118, cap. 2.

Defuncto sine liberis filio, parentes, si soli sunt, succedunt salva gradus sui prærogativa: si pari gradu sunt, pariter succedunt: paternis quidem dimidia, maternis vero alia dimidia delata, licet sit dispar eorum numerus. Sed si cum parentibus fratres et sorores utrinque defuncti juncti supersint: vocantur cum ascenditibus gradu proximis, ita ut viriles portiones fiant, exclusa prorsus omni differentia sexus et patriæ potestatis, ubi nulla secundarum nuptiarum sit mentio.

TIT. LVII.

AD SENATUSCONSULTUM¹ ORFITIANUM.

1. Imp. ALEXANDER A. Euangelo.

Si intestatæ mulieri consanguinei exstant, et mater², et filia, ad solam filiam ex senatusconsulto Orfitiano hereditas pertinet. — P. P. 15 kalend. februar. Fusco 2 et DEXTRO CONSS. 226.

2. Impp. DIOCLET. et MAXIMIAN. AA. et CC. Metrodoræ.

Non pro numero superstitum mortui matris tempore: sed succedentium materna scinditur hereditas. Quapropter si mater vestra, et uno fratre emancipatis: duobus autem aliis in patria positus potestate superstitibus, diem functa est: et hi, qui in potestate patris fuerant, priusquam³ mater hereditatem sibi quaererent, rebus humanis exempti sunt: inter duos tantum viriles non ambigitur factas portiones. — S. 7 kal. april. Sirmi, AA. CONSS.

3. Idem, AA. et CC. Julianæ.

Matri intestato defunctæ secundum Orfitianum senatusconsultum, citra bonorum possessionem filia⁴ pro herede gerendo, succedere non prohibetur. — S. 12 kal. novemb. AA. CONSS.

4. Impp. GRATIAN., VALENTINIAN. et THEODOS. AAA. ad Hilarianum P. P.

Quotiens de emancipati filii, filiarum successione tractatur: filiis ex his genitis deferatur intacta pro solido successio; neque ulla [defuncti] defunctæ patri, matrivi⁵ concedatur intestatæ successione hereditas. — Dat. 15 kal. Mart. Mediolani, MERBAUDE 2 et SATURNINO CONSS.

5. Imp. JUSTINIANUS A. Demostheni P. P.

Si qua illustris mulier filium ex justis nuptiis procreaverit, et alterum spurium habuerit, cui pater⁶ incertus sit: quemadmodum res maternæ ad eos perveniant, sive tantummodo ad liberos justos, sive etiam [ad] spurios, dubitabatur. Sancimus itaque, ut neque ex testamento, neque ab

ter. Inst. h. t.: Auth. et cum solis, Auth. defuncto, infr. eod. — 13. Confer L. 15, infr. de legit. hered. — 14. L. 11, sup. famil. erisic. — 15. Arog. L. 2, § 15, D. § 3, vers. pater, Inst.; L. 2, sup. h. t. — 16. Arog. Auth. et cum solis, infr. eod. — 17. L. 7, in fin. D. si tabulae testam. nullæ extob. — 18. N. 2, c. 3; N. 25, c. 45. — 19. L. 3, sup. h. t. L. 10, infr. de legit. hered.; N. 22, c. 40; add. L. 6, infr. in quib. caus. pign. tacite contr. — 20. Arog. L. 4, vers. quem quidem, sup.; § 3, vers. fra-

intestato, neque ex liberalitate inter vivos habita, justis liberis existentibus, aliquid penitus ab illustribus matribus ad spurios perveniat: cum in mulieribus ingenuis, et illustribus (quibus castitatis observatio præcipuum debitum est) nominari spurios, satis injuriosum, satisque acerbum, et nostris temporibus indignum esse judicemus. Et hanc legem ipsi pudicitiam, quam semper colendam censemus, merito dedicamus. Sin autem concubina libera conditionis constituta filium, vel filiam ex licita⁷ consuetudine ab homine libero habita procreaverit, eos etiam cum legitimis liberis ad materna venire bona, quæ jure legitimo in suo patrimonio possidet, nulla dubitatio est. — Dat. 45 kal. octob. Chalced. Decio V. C. CONSS.

6. Idem, A. Juliano P. P.

Quidam ancillæ suæ per fideicommissum libertatem reliquit, eo autem, a quo libertas relicta est, moram⁸ in libertate præstanda faciente, peperit ancilla; et esse [eum] quidem ingenuum puerum, vel puellam qui post moram nati sunt, omnes veteris juris auctores consentiant: dubitabatur autem inter eos, si matri morientis posset succedere: hujusmodi itaque dubitationem eorum decedentes, ulterius eam procedere non patimur: sed sancimus eandem matris progeniem heredem ab intestato ei posse existere: salvo jure legitimo ex auctoritate senatusconsulti Orfitiani proli servando, et tam matre ex senatusconsulto Tertulliano, quam prole ex Orfitiano senatusconsulto invicem ad suas hereditates venientibus. — Dat. kal. octob. Constantinopoli. LAMPADIO et ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. LVIII.

DE LEGITIMIS¹ HEREDIBUS.

1. Imp. ALEXANDER A. Cassio et Hermionæ.

In successione, quæ titulo consanguinitatis vel in bonorum possessione, quæ proximitatis nomine competit, tam fratres, quam sorores pari jure esse, licet² non [ex] eadem matre suscepti sunt, jus certum est. Nec huic derogatur, quod amitas vestras ab avo vestro dotatas fuisse proponitis. — P. P. non. Maji, MAXIMO 2 et AELIANO CONSS. 224.

2. Imp. GORDIANUS A. Tatianæ, et aliis.

Si ejus, quæ vos heredes instituit, patri hereditatem non quaesistis, posteaque mortuo patre, ac repudiata ejus hereditate, defunctæ successionem agnovistis: ea, quæ bonorum sunt defunctæ, ab his separari, quæ patris vestri fuerunt, præses provinciæ non ignorabit. — P. P. 6 id. april. Gordiano A. et AVIOLA CONSS. 240.

3. Imp. DECIO A. Asclepiodotæ.

Consanguinitas jure, et feminas ad intestatorum successionem admitti posse, explorati juris est. Proinde cum fratris tui intestato mortui ad te consanguinitatis jure hereditas pertineat: nulla ratione alterius fratris tui filii³ ad eandem successionem aspirare desiderant: nam et cessante jure agnationis in persona omnium, prætoris juris beneficio ad te potius, quæ secundum gradum obtines, hereditas pertinet, quam ad fratris tui filios, qui in tertio gradu constituti sunt. — P. P. non. decemb. Decio C. et GRATO CONSS. 251.

In AUTHENT. de hered. ab intestato venient, § reliquum, col. 9, tit. 1, Novell. 118, cap. 2, et ut fratres fin., § 1, col. 9, tit. 10, al. 7, Novell. 127, cap. 1.

Cessante successione lineæ descendit, et ejus quæ sola sit ascendit, vocantur primo fratres, fratrisque præmortui filii in stirpes. Dico autem de fratre, ejusque fratris filii, qui ex utroque parente contingunt eum, de cujus hereditate nunc agitur: quæ personæ veniunt, et sine defunctæ nunc personæ parentibus, et cum proximis gradu ascenditibus. Et quidem prædicti fratris filii, et si tertio gradu sit, præferunt fratribus defuncti, qui ex uno tantum parente cognati sunt. In hac successione omnis differentia sexus, et emancipationis cessat.

In AUTHENT. de hered. ab intest., § His autem non, et § Illud, col. 9, tit. 1, Novell. 118, cap. 3.

Post fratres autem ex utroque parente, et eorum filios admittuntur ex uno latere fratres, sororesve: cum quibus et filii eorum, si qui ex

7. L. 5, D. de concubinis. — 8. L. 1, § 3, pr.: L. 2, § 3, in fin. D. ad SC. Tertull. — 9. L. 3, D. de emancip. — 10. Lib. 58, D. 16; N. 118, c. 3. — 2. Confer. N. 84, c. 1, § 1. — 3. L. 14, infr. h. t.: Arog. Auth. cessante; infr. eod. — 4. L. 3, sup. ad SC. Orphit. L. 3, D. unde legit. — 5. Arog. Auth. post fratres, sup. h. t. — 6. Arog. d. Auth. — 7. Adde L. 12, D. qui testam. fecere poss. — 8. Auth. defuncto, sup. ad SC. Tertull. — 9. L. 6, in fin. sup. d. t. — 10. L. 5, D. de legib.; L. 64, D. de reg. jur. — 11. L. 27, sup. de nuptiis.

eis jam decesserint. Hi autem fratrum filii cum pares sint defuncti fratribus, præferuntur proculdubio ejusdem defuncti patris, et aliis similibus: et in his successione omnino cessat sexus, et agnationis ratio.

In AUTHENT. de hered. ab intest. venient, § Si vero neque, col. 9, tit. 1, Novell. 118, cap. 3.

Post fratres, fratrumve filios vocantur quicumque gradu sunt proximiores: ut pares in gradu pariter admittantur, sublata differentia masculorum, et feminarum. Sola namque cognatio spectatur in tabulis. Fiet autem divisio in capita, et non in stirpes.

4. Impp. DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. et CC. Cæcilio.

Si aut nullum testamentum nepos patru⁴ tui ordinavit, aut intra quatuordecim annos constitutus fecit, et agnationis jure successio ejus tibi delata est, etiam citra⁴ bonorum possessionis subsidium legitimo jure subnixus es. — P. P. idib. Jul. ipsi AA. 4 et 3 CONSS. 290.

5. Idem, AA. et CC. Capillæ.

Ad intestati successionem agnationis⁵ quam proximitatis jure venientes haberi potiores, certum est. — Supp. 16 kal. Jul. Sirmi, AA. CONSS.

6. Idem, AA. et CC. Claudianæ.

Defunctis suis extantibus heredibus, et abstinentibus, vel repudiantibus hereditatem, frater jure consanguinitatis succedere potest. — Supp. kal. Januar. AA. CONSS.

7. Idem, AA. et CC. Amiano.

Patruo, ac materteræ tertio constitutis gradu non pariter intestati successio defertur, sed patris frater agnationis jure sorori matris antepositur⁶. — S. 17 kal. Jul. Sirmi, CC. CONSS.

8. Idem, AA. et CC. Silano.

Si his, de quorum successione agitur, apud hostes defunctis, secundum legis Corneliæ⁷ beneficium jure agnationis adita hereditate, vel petita bonorum possessione successisti, eorum substantiam vindicare non prohiberis. — S. non. Jul. Sirmi, AA. CONSS.

9. Idem, AA. et CC. Demagoræ.

In successione intestatæ sororem⁸ quam aviam, vel avum maternam, haberi potiore non ambigitur. — S. 6 kal. Jul. Nicomediæ, CC. CONSS.

10. Impp. THEOD. et VALENT. AA. ad Florentium P. P.

Sciant, qui ad successionem vocantur pupilli mortui, si defuncto ejus patre, tutorem ei secundum legem non petierint⁹ intra annum, omnem eis, sive ab intestato, sive jure substitutionis, successionem ejus; si¹⁰ impubes moritur, denegandam esse. — Dat. 5 id. Jul. Constantinopoli, THEODOSIO A. 17 et FESTO CONSS. 459.

11. Imp. ANASTASIUS A. Constantino P. P.

Si ab eo, qui ex sacro rescripto secundum nostram constitutionem¹¹ fieri postulaverit emancipationem liberorum, petitem sit, quatenus ei, qui emancipandus emancipandave est, minime legitima jura per emancipationem extinguantur: eadem jura tam emancipato vel emancipatæ contra personas alias hoc modo sibi conjunctas, quam aliis itidem contra eum vel eam in hereditatibus, vel in successione, et tutelis, necnon cæteris serventur intacta¹²: collationibus tamen ab his secundum ea quæ super emancipatis statuta sunt, quotiens talis casus emerit, utpote peracta emancipatione, faciendis. — Dat. 15 kal. August. PROBO et AVIENO JUN. CONSS. 305.

12. Imp. JUSTIN. A. Joanni P. P.

Si major quinquagenaria¹³ partum ediderit, si debet hujusmodi soboles suo patri succedere, et hereditatem ejus nancisci, a Casariana¹⁴ advocacy interrogati sumus. Et sancimus, licet mirabilis¹⁵ hujusmodi partus inveniat, et raro¹⁶ contingat; nihil tamen eorum, quæ probabiliter a natura nascuntur esse producta, respui: sed omne jus quod ex quacumque lege liberis præstitum est, hoc merum atque immutatum hujusmodi filiis, vel filiabus servari in omnibus successione: sive ex testamento, sive ab intestato, et summam, non absimiles aliis fiant, quos similes natura efficit: maxime cum et anteriore nostra lege¹⁷ hujusmodi nuptias permisimus, impares eas videri minime concedentes. — Dat. 9 kal. novemb. Constantinopoli, post consulatum LAMPADIO et ORESTIS VV. CC. anno secundo, 532.

L. 6, infr. in quib. causis pignus tac. contr.; N. 22, c. 40. — 10. For. L. 3, sup. ad SC. Tertull. — 11. L. 3, infr. de emancip. — 12. L. ult. infr. h. t.: § ult. Inst. de legat. alienat. success.; L. 4, sup. de legit. tut.; L. 5, sup. de curat. furios. — 13. L. 27, sup. de nuptiis. — 14. L. ult. sup. de pact.; L. 27, infr. de fidejussorib.; — 15. For. L. 24, pr. D. de action. empti. — 16. L. 3, D. de legib.; L. 64, D. de reg. jur. — 17. L. 27, sup. de nuptiis.

13. *Idem*, A. Joanni P. P.

De emancipatis filiis, qui [ex] sacro [18] rescripto partibus imperito hoc a suis genitoribus meruerunt, dubitatum est. — § 1. Cum [enim] Anastasiana [19] lex jura fratibus legitima noscitur servare: si quis ex his sine testamento et liberis decesserit, utrumne ad fratrem, vel ad sororem ejus successio devolvatur, an ad superstitem patrem, [dubitatur]; hujusmodi dubitationem compendioso responso duximus esse finiendam. Ideoque sancimus ad similitudinem maternarum rerum aliarumque, de quibus jam a nobis lex [20] posita est, etiam hujusmodi hereditatem jure quidem domini ad fratres, vel sorores in totum pervenire, usumfructum [21] autem [ejus] patri totum [22], sive priorem totum servaverit, sive ad secundas migraverit nuptias, adiri: sive per sacrum oraculum emancipatio procedat, sive alio legitimo modo a sacris paternis fuerint absoluti. — § 2. Cum enim et pater utilis usufructu, et votum [23] ejus est, ad alios filios suas res pervenire: ea propter cum ex lege Anastasiana in alium articulum fratribus prospectum est, nunc a nobis in hac specie plenius [eis] subvenitur: ut pater habeat usufructum, fratres autem vel sorores dominium rerum relictarum: exceptis maternis [24] rebus, in quibus si ex eadem matre fratres vel sorores sint, eos solos vocari oportet. Sin autem non supersint, tunc ad similitudinem aliarum rerum in tota fraternitate dominium earum cedere, ut sit apertissimus in omnibus tractatus, et non per differentiam personarum, vel rerum vacillare noscatur. — Dat. kal. novemb. Constantinop. post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV. CC. anno secundo, 532.

14. *Idem*, A. Joanni P. P.

Lege duodecim [25] tabularum bene humano generi prospectum est, quae unam consonantiam tam in maribus quam in foeminis legitimis, et in eorum successioibus, necnon et in liberis observandam esse existavit: nullo [26] discrimine in successioibus habito, cum natura utrumque corpus ediderit, ut maneat suis vicibus immortalis [27], et alterum alterius auxilio egeat, et uno semote, et alterum corrumpatur. Sed posteritas dum nimia utitur subtilitate, non piam induxit indifferentiam, sicut Julius Paulus in ipso principio libri singularis, quem ad senatusconsultum Tertullianum fecit, apertissime docuit. Cui enim ferendum est, ab intestato successioibus suas quidem filias ad similitudinem masculae sobolis in parentis vocari successioem, et iterum germanas jure consanguinitatis eandem sibi vindicare prerogativam, deinceps autem legitimas foeminarum personas, si jura consanguinitatis non possident [a] successioe legitima repelli, cum maribus eadem successio pateat? Quare enim patris soror non ad successioem filii fratris sui una cum masculis vocatur, sed aliud jus in amitis, aliud in patruis observatur? Vel qua ratione fratris filius ad successioem patri vocatur, germana autem ejus ab eadem successioe reclauditur? Hujusmodi itaque legis antiquae reverentia et nos anteponi novitati legis censemus, et sancimus, omnes legitimas personas (id est per virilem sexum descendentes) sive masculini, sive foemini generis sint, simili modo ad jura legitima successiois ab intestato vocari secundum gradum sui prerogativam: non ideo excludendas, quia consanguinitatis jura secundum germanae observationem non habeat. Cum enim unius sanguinis jura remaneant per virilem sexum incorrupta: quare naturam [28] offendimus, et legitimo juri derogamus? cum et aliam maximam injuriam res in se continet, plerisque quasi vulnus intestinum incognitum. Cum enim, et ad ipsarum mulierum [29] successioem masculi jure agnitionis vocantur: quis patiarum earum quidem hereditatem ad eos legitimo jure deferri, ipsas vero nec invicem sibi, nec masculis eodem jure posse succedere, sed propter hoc solum puniri, quod foeminae [30] nate sunt, et paterno vitio (si hoc vitium est) prolem innocentem gravari? — § 1. In his igitur casibus legem [31] duodecim tabularum sequentes, et novum jus novissimo jure corrigentes, etiam unum [32] gradum pietatis intuitu transferri a jure agnitionis in legitimam volumus successioem: ut non solum fratris filius, et filia (secundum quod jam definimus) ad successioem patri sui vocentur, sed etiam germanae consanguineae, vel sororis uterinae filius, et filia soli, et non deinceps persona una cum his ad jura avunculi sui perveniant: et mortuo eo, qui patruus quidem est fratris sui filius, avunculus autem sororis suae soboli, simili modo ex utroque latere succedant, tanquam [si] omnes legitimo jure veniant: scilicet ubi frater, et soror superstites non [33] sunt. His enim personis praecedentibus, et hereditatem admittentibus, caeteri gradus remaneant penitus semoti. Illo proculdubio observando, ut successio non in stirpes, sed in capita [34]

18. L. 11, supr. h. t. — 19. L. 5, infr. de emancipat. d. L. 11. — 20. L. ult. infr. communia de success. — 21. *Abrog.* N. 118, c. 2. — 22. *Immo vide* L. ult. supr. ad SC. Tertull. — 23. L. 50, § 2, D. de bon. libert. l. 7, in fin. D. si tab. testam. nulle exhb. — 24. N. 84, c. 1, § 2: *exilia* N. 118, c. 2. — 25. § 5, vers. et haec quidem. Inst. de legit. adgnat. success. — 26. L. 2, § 3, N. 118, c. 4. — 27. *Fac.* N. 24, pr. N. 39, in fin. pr.: L. 220, in fin. D. de verb. sign. — 28. L. ult. supr. de liberis praeter. — 29. L. 15, infr. h. t. — 30. *Fide tamen* L. 9, D. de statu

dividatur, et is gradus in ordinem legitimum transferatur: caeteris omnibus successioibus secundum jus usque ad praesens tempus observatum in suo statu manentibus. Si qui autem casus jam evenerunt, secundum quod pristina jura volebant, eorum fiat distributio. — Dat. 3 kal. decemb. post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV. CC. 532.

15. *Idem*, A. Joanni P. P.

Meminimus antea divinam [nos] promulgasse constitutionem [35], perquam ad vestigia legis duodecim tabularum [36] totam progeniem ex legitima sobole descendente, sive masculinam, sive foeminam legitimo jure hereditatem adipisci sanximus: ut quemadmodum ipsis [37] a legitimis personis succedat, ita et ipse legitimarum personarum amplectantur successioem. In qua constitutione unum gradum ex cognatis in jus legitimum reduximus, id est, germanae [consanguineae] filios, et filias, et sororis uterinae filios, ac filias. Quam constitutionem in suo robore permanere censuimus, cum et in nostris constitutionibus tenor ejus a nobis relatus est. Sed subtiliore tractatu habito, necessarium duximus, et si quid ex praetoria jurisdictione frugi inventum est, et hoc cum perfectissima definitione disposito nostras leges ampliari. — § 1. Cum igitur praetorem [38] filium emancipatum, licet subtili jure capite fuerat deminutus, attamen in patris successioem sine ulla deminutione vocare manifestum est: non eodem autem jure etiam ad fratrum suorum successiones ab eo vocabatur, sed nec filii ejus jure legitimo suis patruis succedebant: necessarium duximus hoc primum corrigere, et legem Anastasianam justo incremento perfectam ostendere: ut emancipati filius, et filia, non solum in paternis [bonis] ad suorum similitudinem succedant: sed etiam in fratrum, vel sororum suarum successioe (sive omnes sui, sive omnes emancipati sint, sive mixti) aequo [39] jure invicem sibi succedant, et non secundum legem Anastasianam [40] parte aliqua deminuta. Et haec quidem de filiis emancipatis sancire bellissimum nobis visum est. — § 2. Sed nec fratrem, vel sororem uterinos concedimus in cognationis loco relinqui: cum enim tam proximo gradu sunt, merito eos sine ulla differentia, tanquam si consanguinei fuerant, cum legitimis fratribus et sororibus vocandos esse sancimus: ut secundo gradu constituti, et legitima successioe digni repti, aliis omnibus, qui sunt ulterioris gradus, licet legitimi sint, praecellant. Et haec quidem de secundi gradus successioe satis abunde a nobis cum summa utilitate disposita sunt. — § 3. Cum autem tertio gradui ex transversa linea fuerit locus, ubi patruis, et filii fratrum, et sororum [locum] antiquitas dedicavit: una cum illis tam emancipati fratris, quam emancipatae sororis filium tantummodo, et filiam, sive emancipatos, sive suos patribus [suis] constitutos, et neminem alium ulterius: necnon fratris uterini et sororis germanae, vel uterinae filium et filiam tantummodo ex legitima linea invicem vocari censuimus, sicut jam sanximus: ut omnes, qui vel ab antiquo jure, vel a nostra liberalitate in legitimorum quidem positi sunt prerogativa, et eodem tertio gradu sunt, simili jure vocentur. Successiois videlicet jure et in hac parte servando: ut si qui ex secundo gradu vocati renunciaverint hereditati, et noluerint eam adire, nullusque alius sit in secundo gradu, qui succedere potest, et vult: tunc hi, quos praesenti lege enumeravimus ex tertio gradu, in locum recusantium succedant. Illo etiam observando, ut successio non in stirpes, sed in capita dividatur: caeteris omnibus successioibus secundum jus usque ad praesens tempus observatum procedentibus, et nullo ex cognatis supra memoratos gradus ad juris agnitionis formam redigendo, sed suum ordinem suamque proximitatem retinere incorruptam. — § 4. Quas autem personas ex jure cognationis in legitimas successiones transveximus, eas etiam tutelae gravamini vicissim supponimus [41], scilicet si masculi sint, et perfecta aetatis, secundum nostrae [42] constitutionis tenorem: ut non solum lucrum sentiant, sed etiam gravamini subjungentur. — § 5. Si qui autem casus jam evenerunt, et per judicalem sententiam, vel amicabilem transactionem sopiti sunt, nullam sentiant ex hac lege retractionem. — Dat. idib. octobr. Constantinop. DN. JUSTINIANO A. P. P. 4 et PAULINO 5 CC. CONSS. 534.

TIT. LIX.

COMMUNIA DE SUCCESSIOIBUS.

1. Imp. DIOCLETIANI et MAXIMIANI. AA. et CC. Varianae.

Scire debuisti, fratre emancipato potiore eam, quae in familia man

hom. — 31. § 5, Inst. de legit. adgnat. success. — 32. § 4, Inst. d. t.: L. ult. infr. h. t. — 33. L. 3, supr. *vedi*: *immo vide* N. 127, c. 1. — 34. N. 118, c. 5, in fin. — 35. L. 14, supr. h. t. — 36. d. L. 14, pr. et § 1, pr. — 37. d. L. 14, vers. cum enim. — 38. L. 1, supr. de jure delib.: L. 6, § 1, vers. quamvis, D. de honor. poss.: L. 1, in fin. D. quis ordo. — 39. L. 2, infr. tit. prox. — 40. § 1, Inst. de success. cognat. — 41. L. 75, pr. D. de reg. jur. — 42. L. ult. supr. de legit. tut.

et, in alterius emancipati [1] bonis non haberi: sed eos pariter, si solenniter [2] petierint bonorum possessionem, succedere. — S. 15 kal. Jun. *Sirmii*, CC. CONSS.

2. *Idem*, AA. et CC. Apollinarii.

Si pater tuus propius sobrino tuo agnato constituto, et intestato defuncto, civili jure adita hereditate: vel hoc ab initio non interveniente, seu capitis deminutione perempto, solenniter [3] bonorum possessione admissa, successit; ac tibi patris tui quaesita hereditas est: adire praesidem provinciae debes, ac tutorem [4] ejus de tutela convenire. — Dat. 14 kal. Jun. *Veronae*, AA. et CONSS.

3. *Idem*, AA. et CC. Ulpianae.

Vitrico [5] privigni successioem intestato civili, vel honorario jure non deberi, certissimum est. — S. 15 kal. Mart. *Sirmii*, CC. CONSS.

4. *Idem*, AA. et CC. Asterio.

Servus successores habere [6] non potest [7]. — Dat. non. april. CC. CONSS.

5. *Idem*, AA. et CC. Justiniae.

Amitae, cui successisse filios suos proponis, hereditatem tuo nomine non recte petis. Sed quoniam hos [etiam] intestatos diem functos ad veras: siquidem hi, quos privignos ejusdem amitae dicis, eorum consanguinei fuerint, fratres tam agnationis, quam cognationis jure secundo gradu constitutos tibi praeferris [8] non ambigitur. Nam si amittis tuis alio etiam patre natis, nunquam eorum matris privigni sunt: admissis te bonorum possessionem probans. eorum vindicam successioem. — S. 12 kal. Mart. CC. CONSS.

6. *Idem*, AA. et CC. Publicano.

Avunculo priori, qui est [in] tertio gradu, quam consobrino [9], qui sequentem occupat, deferri successioem intestati, certis juris est. — Supposita kal. octobr. CC. CONSS.

7. *Idem*, AA. et CC. Nicolao.

Adfinitatis [10] jure nulla successio permittitur. — S. idib. octobr. CC. CONSS.

8. *Idem*, AA. et CC. Justae.

Antequam scriptus [hæres] cujusunque portionis capax repudiet hereditatem, vel alia ratione quaerenda facultatem amittit: ei, qui testamentum reliquit, intestato nemo succedit. Igitur praespicis, quod testamentarie successiois spe durante [11], intestato bona defuncti non recte vindicentur. — S. 6 idib. Mart. *Retiarie*, CC. CONSS.

9. *Idem*, AA. et CC. Sopatro.

Ancillae [12] dominus liberi hominis, cum quo contubernium hæc habuit, per hanc conjunctionem successioem vindicare non potest. — S. 15 kal. Januar. *Nicomedia*, CC. CONSS.

10. *Idem*, AA. et CC. Danubio.

Nutritoribus [13] hoc nomine, nec civili, nec honorario jure defertur hereditas. — S. 6 kal. Januar. CC. CONSS.
In AUTHENT. de statu et consuet., § Omnes peregrini, col. 10, const. fin.

Omnes peregrini et advenae libere hospitentur, ubi voluerint [14]. Et hospitati si testari voluerint, de rebus suis liberam ordinandi habeant facultatem, quorum ordinatio inconcussa servetur. Si vero intestati decesserint, ad hospitium nihil perveniet; sed, bona ipsorum per manus episcopi, loci, si fieri potest hereditibus tradantur, vel in pias causas erogentur. Hospes vero si aliquid ex talium bonis contra hanc constitutionem nostram habuerit: episcopo tripulum restituit, quibus visum ei fuerit, adsignandum, non obstante statuto aliquo, aut consuetudine, seu privilegio, quæ hactenus contrarium inducebant. Si qui autem contra hanc nostram constitutionem venire praesumpserint, eis de rebus suis testandi interdiciamus facultatem, ut in eo puniantur, in quo deliquerunt: alias, prout culpæ qualitas exegerit, puniendi.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Demostheni P. P.

Sancimus, quemadmodum de his rebus, quæ liberis in sacris constitutis ex occasione maritali acquisita sunt, certus destinatus est [15] ordo; ut si quis ex his ab hac luce fuerit subtractus, pars ejus, quam lucratus

TIT. LIX. — 1. *Adde* L. ult. § 1, supr. tit. prox. — 2. *Immo vide* L. ult. supr. qui admitti ad honore poss. — 3. d. L. ult. — 4. L. 12, supr. arbit. tut. — 5. *Fac.* L. 7, infr. h. t.: *inter* § 6, Inst. de nupt. — 6. *Adde* L. 9, infr. h. t. — 7. *Excep.* L. pen. supr. de his quib. ut indign.: L. 8, supr. de suis et legit. lib.: L. ult. supr. ad SC. Orphit.: L. 8, supr. tit. prox.: L. 1, pr. et § 5, D. de suis et legit. hered.: — 8. L. 1, § 9, D. d. l. i.: N. 118, c. 5. — 9. L. 1, supr. unde legit. — 10. L. 5, supr. h. t.: *collata* L. 5, supr. *cod.* — 11. N. 118, c. 5. — 12. D. de adquir. vel omitt. hered.: L. 89, D. de reg. jur.: L. 2, supr. unde liberi: *vide tamen* L. D. 83, D. de hered. instit. — 13. *Fac.* L. 1, pr. D. unde vir et uxo. — 14. *Fac.* L. ult. infr. de infant.

fuerat, ad liberos ejus, vel nepotes concedatur; quibus non extantibus, ad fratres suos ex eodem matrimonio progenitos, vel si etiam non supersint, ad fratres ex aliis nuptiis procreatos: cumque nemo eorum fuerit relictus, tunc ad patrem perveniet, ita et de his, quæ materna linea per quamcumque occasione, vel inter vivos, vel per ultimas dispositiones, vel ab intestato descendunt, similis ordo servetur: primo in filii, vel filiae successioem posteritate ejus vocanda: eaque non inventa, fraterno consortio ejusdem, vel alieni matrimonii secundum praedictum ordinem accessio: tunc ad ultimum locum pater a legibus conclametur, et sui filii non gratam hereditatem relictam, sed triste [16] lucrum sibi legeat acquisitum. In omnibus videlicet [casibus] in superstitie sobole liberorum et fratribus adhuc viventibus, qui ad hereditatem defuncti patrem antecedunt, usufructu [17] rerum, quarum dominium ad eos pervenit, apud parentes remansuro. — Dat. 15 kal. octobr. *Chalced.* Decio V. C. CONSS. 539.

In AUTHENT. de consang. et uter. frat., § 1, col. 6, tit. 15, al. 12, Novell. 84, cap. 1.

Itaque mortuo patrefamilias, si filius decedat intestatus sine liberis, relictis fratribus et sororibus, aliis consanguineis, aliis uterinis, et quibusdam ex utroque parente conjunctis: in eos soboles transmitti hereditatem, qui ex utroque latere connexi sunt.

TIT. LX.

DE BONIS MATERNIS, ET MATERNI GENERIS.

1. Imp. CONSTANTINUS A. consulibus, praetoribus, tribunis plebis, et senatui S.

Res, quæ [ex] matris successioe, sive ex testamento, sive ab intestato fuerit ad filios devoluta, ita sicut in parentum potestate, ut [utendi] fructu [1] [duntaxat] habeant in diem vite facultatem, dominio [2] videlicet earum ad liberos pertinente. Parentes autem, penes quos maternarum rerum utendi, fruendique [tantum] potestas est, omnem debent tueri: rei diligentiam adhibere: et quod jure filii debetur, in examine [per se, vel per procuratorem [3]] poscere: et sumptus ex fructibus impigre facere, et litem inferentibus resistere: atque ita omnia agere [4], tanquam solidum perfectumque dominium [eis] acquisitum fuisset, et personam gerant legitimam, ita ut si, quando rem alienare voluerint: emptor, vel is, cui res donatur, observet, ne unquam partem earum rerum, quas alienari prohibitum est, sciens accipiat, vel ignorans: docere enim pater debet, proprii juris eam rem esse, quam donat, aut distrahit: et emptori, si velit, fidejussorem licebit accipere: quia nullam poterit prescriptionem opponere filiis quandocumque rem suam vindicantibus. — Dat. 18 kal. August. *Aquileiæ*, SABINO et RUBINO CONSS. 546. Recitata apud VECTURIUM RUFINUM P. V. in senatu, non. septemb. CONSTANT. A. P. et LICINIO CONSS. 519.

In AUTHENT. de nupt., § Si vero expectet. ver. interminatur, col. 4, tit. 4, Novell. 22, cap. 25.

Nisi tricennale tempus transeat, quo possessor dominus fit, et detentatio accipientes dominos faciat, vel constituat: tempore incipiente filiis currere, ex quo suae potestatis esse apparuerint: nisi tamen aliquid impuberem aetate adjuvet.

2. Imp. ARCAD. et HONOR. AA. Florentio P. P.

Quidquid avus, avia, proavus, proavia [ex materna linea venientes] nepoti, nepi, pronepti, pronepti, testamento, fideicommissio, legato, donatione, vel alio quolibet titulo largitionis, vel etiam intestati successioe contulerint: pater filio, filiaeve integra illibataque custodiat, ut vendere, donare, relinquere, alteri obligare [sicut nec materna [5] bona,] non possit, [usufructu] duntaxat ad eum pertinente: [ita] ut quemadmodum ipse super his [rebus] licentiam totius potestatis amittit, defuncto eo, filio, filiaeve praecipua computentur, nec ab illis, qui ex parte sunt coheredes, vindicentur. — Dat. idib. octobr. OLYBRIO et PROBINO CONSS. 595.

3. Imp. THEOD. et VALENT. A. ad Senatium urbis Romae.

Si viva matre emancipati sunt filii, et postea decessit mater: quoniam omni commodo destituitur pater, neque retinet usufructum, viriles ei

expos.: L. 24, supr. de episcop. aud.; *addes* Auth. omnes, infr. h. t.: L. 4, supr. pro socio. — 14. L. 71, § 2, D. de condit. et demonstr. — 15. L. 4, infr. de bon. quæ lib. — 16. L. ult. supr. de instit. et subtit. — 17. L. 15, supr. tit. prox. — 18. L. 1, § 4, D. de donat. inter vir. et ux.: L. 1, D. de liber. edilib.: — 2. L. 25, infr. de bon. quæ liber. — 3. L. 8, infr. d. t. — 4. d. L. 8 § 6, vers. non autem. — 5. L. 1, supr. h. t.